

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

---

Friedrich-Universität Bützow

**Conspectus, Praelectionum, Qvibus, In Universitate Friedericiana, Qvae Est Buezovii ...**

**WS 1761/1762 : Conspectus Praelectionum In Academia Fridericana  
Buetzoviensi Per Semestre Hibernum A Festo Michaelis MDCCCLXI. Vsqve Ad  
Festum Paschatis MDCCCLXII. A Professoribus Omnia Facultatum  
Instituendarum**

Buetzovii: Typis Johannis Gotthelfi Fritzii, [1761?]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1780838492>

Band (Zeitschrift) Freier Zugang





T. 594. 2

A-125972.

20.9.1762  
63.

CONSPECTUS,  
**PRAELECTIONUM,**  
QVIBUS,  
IN  
UNIVERSITATE FRIEDERICIANA,  
QVÆ EST  
**BUEZOVII,**  
SINGULI DOMINI OMNIUM FACULTATUM  
**PROFESSORES,**

A  
FESTO MICHAELIS, ANNI MDCCCLXII,

USQVE AD

FESTUM PASCHALE, D. V. ANNI  
MDCCCLXIII,


SUAM IMPENDENT OPERAM.



*BUEZOVII*  
TYPIS JOHANNIS GOTTHELCI FRITZII, SEREN. PRINC. AUL.  
ET ACADEM. TYPOGR.

M-1259/1<sup>2</sup>





I.

## IN FACULTATE THEOLOGICA.

D. CHRISTIANUS ALBERTUS DOEDERLEIN, P.P.O.  
Consist. Ducal. Consil. HOR. X - XI. in explicanda THEOLOG.  
DOGM. V. D. strenue perget; ut & HOR. XI - XII. in INTER-  
PRETATIONE HARMONICA quatuor S.S. Evangeliorum.  
HOR. IV - V. cum Semestri elapsō major numerus commilito-  
num loco historiæ eccles. explicationem THEOLOGIÆ MO-  
RALIS flagitaverit, finita post Festum Mich. parte illius priori,  
auspicabitur partem alteram, hoc semestri hiemali absolvendam.  
HOR. V - VI. Introductione in universam Theologiam ad finem  
perducta, diebus consuetis tradet INSTITUTIONES THEOLO-  
GIÆ PASTORALIS.

D. GOTTHILF TRAUGOTT ZACHARIAE, S.S.  
Theol. Prof. P. O. per instans semestre hibernum H. IX. ad X.  
in explicanda *Theologia polemica* ad ductum compendii *Baum-  
garteniani* vernacula lingua editi perget, atque Deo adiuuante  
insti-

institutiones disciplinae huius hoc semestri hiberno ad finem perducet. H. XI. ad XII. denuo auspicabitur *Theologie dogmaticae* expositionem, in qua *Theses Theologicas b. Baumgartenii* sequitur, intra annum tempus absoluendam. H. III. ad IV. postmerid. vel vaticinia *Jesaiæ* ex lingua originali exegetice ita interpretabitur, ut cuncta quidem accurate explicet, maxime tamen in locis difficultioribus vaticinii huius illustrandis & secundum regulas interpretandi explicandis omnem det operam; vel, si magis placuerit, libros ecclesiae nostrae *Euangelico-Lutheranae Symbolicos* historice & dogmatice illustrabit. Si quoque fuerint, qui in disputationibus de veritatibus Theologicis vires exercere cupiunt, eorum desiderio, si tempestive nomina dederint, non deerit.

## II.

### IN FACULTATE JURIDICA.

D. ERN. JO. FRIED. MANNZEGEL, SEREN. DUC. REGN. *Consil. & Juris Professor*, Quadraginta per annos, testibus valde multis, per orbem dispersis, Dnn. Auditoribus, quorum nonnulli pariter & simul jam senescunt, sedulus, ut Professor Ordinarius, docuit, & ita, per tempus, quod ætati erit reliquum, animi, per Dei gratiam, præsentia adhuc plane gaudens, corporisque viribus, intra parietes sufficiens, diligenter perget. Promissa æstiva fideliter tractavit & statu tempore absolvet. Periodum hyemalem destinavit:

I. Collegio publico, *Jurisprudentiam universam polemicam* exhibenti. Utile erit, præter alios Controversistas, Dn. RIVINI *Systema Jurispr. Polemicæ*, ed. Viteb. 1753. Suam Palæstram, Studioforum *Juris*, auctius recusam, præbebit. Magna cohors Autorum Eristicorum, successive in mensis comparebit.

II. Lectionibus *Juris Civilis & criminalis*, ad B. HEINECCI *Elem. Inst.* cum supplementis, valde necessariis.

III. Collegio *Juris Feudalis*, *Longob. Teut. Mecklenb.* ad B. WOLFI *Elementa*, it. B. de LUDEWIG *Posit. vom Deutschen Provinzial- & Lohn-Rechte*. Qva patriam, ad manus erunt  
Pro-

*Projecta, Reversal. Transact. Acta publica, Decis. Consil. & scripta  
pragmatica. Non Mecklenburgici, bona indolis, id qvod de suis  
patriis attendendum habent, accipient, fideliter traditum. Qvod  
ubique *Jus Publicum S. R. G. I.* faciat paginam, vel sciunt ejus-  
modi rerum intelligentes, vel credant alii, ultra-vulgares.*

IV. *Practicci & Disputatorii Conventus*, ad dies interci-  
fos, uti haec tenus, adornabuntur.

Indies, ex more suo, structur, pars, *Bibliothecæ JCtorum*,  
juxta principia *Hist. litterarie*, celebrium Autorum.

Si qui forte ambiant *Jus- Canonico - Pontificio - Ecclesiasti-  
cum*, dicant & parent numerum. Non deerit Professor.

DEUS benedicat toti Academiæ singulisque in eadem Do-  
centibus atque Discentibus, quam clementissime.

ADOLPHUS FRIDERICUS TRENDELENBURG, AA.  
LL. M. Phil. & J. V. D. huiusque P. P. O. Scholis sub initio Se-  
mestris aestiui indicis legitimo tempore finiendis & finitis, of-  
fert 1) volentibus *exercitationes disputatorias* in selectas *juris*  
aut *philosophiae* quaestiones ad acuendum ingenium, exercen-  
danie eruditorum linguam & applicandas regulas disputandi  
*semel* aut *bis*, pro numeri ratione, per hebdomadem *publice* in-  
stituendas, & ita dirigendas, vt & de ipsis quaestionibus propo-  
fitis quid sentiat, exponat, & regularum logicarum rite applican-  
darum & ipsius sermonis castitatis rationem habeat. *Priuatim*  
autem 2) docebit *Jus Naturae* hora VIII secundum ordinem  
*J. C. de Wolffii Institutionum Juris Naturae & Gentium* habita  
vbius ratione differentiarum *Juris Naturae* & positivi. Dein ad  
explicandum *Jus ciuale priuatum* ex institutis Romanorum, &  
Germanorum moribus in foris nostris receptum interpretabitur  
3) hora X *Heineccii Elementa Juris ciuilis* secundum ordinem  
*Institutionum* 4) horis IX & XI *Boehmeri Introductionem in  
Jus Digestorum*. Sicuti autem omnes hasce scholas semestri  
spatio absoluturus est, ita in primis in jure ciuali docendo non  
modo antiquitatis tam Romanae quam germanicae historiaeque  
& artis criticae praesidiis, verum quoque ipsius philosophiae  
lumine usurus est, pro modo, quo in iurisprudentia id fieri licet

ac debet. Neque vero iis deerit, qui instituendis exercitiis examineriorum ingenium exercere cupient, aut qui in reliquis Jurisprudentiae & philosophiae partibus voce ipsius erudiri desiderabunt, modo tempestive ipsi desiderium patefaciant, vt de horis conueniri possit.

HERMANNUS BECKER, L. L. D. & Pr. per instans semestre hybernum continuabit

1) Praelectiones pandectales, in praeterlapso semestri iam inchoatas secundum pacta cum commilitonibus suavisimis inita. Praeterea denuo offert

2) Collegium institutionale praeerunte Dno. Habernickel in clementis iuris romani, iuncta tamen eodem modo, sicuti in praecedenti semestri aestiuo factum, introductione in iurisprudentiam positivam generalem Illustris Dni. Nettelbladts, vt &

3) Collegium iuris criminalis, in semestri praeterito aestiuo iam promissum, aut loco illius collegium iuris canonici, ita vt determinationem, quodnam eligere ex his velint, commilitonibus suavisimis relinquat. Sicuti &

4) ad nutum eorum, qui interesse forsitan cupiant, paratus erit ad aperiendas praelectiones iuris feudalis aut publici, vt promissis suis in praecedenti catalogo lectionum staret. Nec denique

5) illis qui exercitationes examinatorias & disputatorias exigerent, deerit.

### III.

## IN FACULTATE MEDICA.

GEORG. CHRISTOPH. DETHARDING, SEREN. DUC. REGN. Consil. & P. P. O. vacat hucusque Praelectionibus publicis in JÜNCKERI Compendium Materiæ medicæ, quibus finitis, methodum tradet formulas sic dictas medicas concinnandi. Privatum usum, & vires medicamentorum compositorum in officinis pharmaceuticis reperibilium explicabit. Neque deerit iis, qui manuductionem ejus in aliis artis salutaris partibus desiderabunt.

D.

D. AUG. SCHAAERSCHMIDT, Med. P. P.

1. Partes e corpore humano desumptas hora post meridiem tertia demonstrabit & exponet; quarum dissectiones hora ante meridiem decima fient.
2. Chirurgiæ Studiosos manu medendi artem docebit; insimulque Collegium Pathologicum auditoribus offert.

#### IV.

### IN FACULTATE PHILOSOPHICA.

PAULUS THEODORUS CARPOVIUS, D. Orientaliumqve P. P. O. adſistente porro gratia, qvam prædicat, divina,

Publice redauſpicabitur & in Semestri hocce absolvet *Collegium fundamental hebræum* ſuper *Compendium Dantzianum* vel *Zopfianum*, juncta propria sua *Analyfeos clavi*, ſub Tit: *Ars ideam diſtinclam de voce hebræa formandi ſeu de Criteriis Nomini-num & Verborum*, typis Lipsiæ imprefſa. *Collegium* qvoq; edi-ctum Rroſtochii *Synagogicum*, jam vero, ob latius hic extenſos ejus limites, *Rituale* vel *Ceremoniale Judaicum* generaliori no-mine dicendum, occaſione commoda qvavis ab incolis Judæis ſuppeditata, iterum continuabit. Neq; ve minus etiam

*Privatim & Privatisime*, in habendis *Collegiis Biblicis*; ex-plicandis & ad illustrationem Scripturæ ſacræ adplicandis *Anti-quitatibus Hebreis*; docendoq; varias *Orientis Lingvas*, *Hebræo-Biblicam* præprimis, tum & *Hebræo-Rabbinicam*, addita *Hebræo-Teutonica* (Jüdischteutsch) *Chaldaeam*, *Syriacam*, Ara-bicam, & porro, ſedulus perget. F. Deus F!

ANGELIUS JO. DAN. AEPINUS, P. P. O. praeter lecti-ones, quas continuabit, per ſemestre commentabitur in V. Cl. C. W. RAMLERI *Einleitung in die ſchönen Wiffenschafften*, & labores *logico-practicos* præstantiſimorum commilitonum diriget. Instituet quoque exercitia disputatoria, ſi qui forte Commilito-num huic labori vacare voluerint. Faxit Deus feliciter!

M. WENCESL. JO. GUSTAVUS KARSTEN, Phil. Prof. ſelectiori Dominorum Auditorum coetui per integrum jam bien-nium

nium omnem operam in addiscenda Mathesi tam Theoretica, quam Praetica impendi Hora VIII - IX. Praxin tradet Astronomicam, seu Artem observandi phoenomena coelestia. Praecepta illustrabuntur observationibus in Specula domestica instituendis. Hora IX - X. perget in explicanda Introductione ad Philosophiam Ill. S. Gravesand. Hora II - III. Mathesin docebit Theoreticam Elementarem, ac Hora III - IV. Calculum Integralem secundum præcepta in Matheseos Theoreticæ compendio a se exposita.


D. DANIEL GOTTFRIED SCHREBER, Collegium camerale theoreticum hoc, quod ad finem iam properat, Semestri inchoatum, & non, nisi intra annum absoluendum, nouo, quod instat, Semestri ad ductum Compendii b. DITMARI diligenter continuabit; Collegium etiam elaboratorio praeteticum camerale & extraiudiciale cum cupientibus habebit.


EOB. TOZIVS, Hist. P. P. O. in lectionibus publicis, hora IIIta pomeridiana, continuabit Notitiam Regnorum & Rerum publicarum Europae, quam semestri praeterito inchoauit, secundum positiones suas calamo excipendas. Priuatim vero, hora Xma matutina iterum docebit Historiam Regnorum & Rerum publicarum Europae, ex Celeberr. ACHENWALLII compendio, quod typis exscriptum est, sub titulo: *Geschichte der heutigen vornehmsten Europäischen Staaten im Grundriss*. Denique principia Iuris, quo Gentes Europae in pacis bellique negotiis hodie vtuntur, tradet ad filum libelli Achenwalliani, qui inscriptus est: *Primae lineae Juris Gentium practici*. Horam huic labori destinatam ex tabulis publicis significabit.

His accedunt Graduati Non-Professores, & qvi publicis sti-  
pendiis, a SERENISSIMO atque Gratiissimo Academiae hujus  
novæ Mecklenburgicæ Friedericianæ FUNDATORE & NUTRI-  
TORE fruuntur, & alii, in variis artibus disciplinisqve ad erudi-  
torum encyclopædiam facientibus, instituentes; Nec non Magi-  
stri, qvi ex eadem alente clementia, lingvas occidentales docent  
atque corpus exercent omnemqve navant operam, ut Dominos  
Studioſos instruant qvam scitissime.

P. P. Buezovii d. XXXI. Augsti, Anni MDCCLXII.







*ral. Transact. Acta publica, Decis. Consil. & scripta  
on Mecklenburgici, bonæ indolis, id qvod de suis  
ndum habent, accipient, fideliter traditum. Qvod  
ublicum S. R. G. I. faciat paginam, vel sciunt ejus-  
ntelligentes, vel credant alii, ultra-vulgares.  
cici & Disputatorii Conventus, ad dies interci-  
us, adornabuntur.*

*more suo, struetur, pars, Bibliothecæ Jutorum,  
Hist. litterarie, celebrium Autorum.*

*te ambiunt Jus- Canonico - Pontificio - Ecclesiasti-  
parent numerum. Non deerit Professor.*

*edicat toti Academiz singulisqve in eadem Do-  
Discentibus, qvam clementissime.*

HUS FRIDERICUS TRENDELENBURG, AA.  
*J. V. D. huiusque P. P. O. Scholis sub initio Se-  
ndicis legitimo tempore finiendis & finitis, of-  
fus exercitationes disputatorias in selectas juris  
quaestiones ad acuendum ingenium, exercen-  
tiorum linguam & applicandas regulas disputandi  
ro numeri ratione, per hebdomadem publice in-  
a dirigendas, vt & de ipsis quaestionebus propo-  
, exponat, & regularum logicarum rite applican-  
sermonis castitatis rationem habeat. Priuatim  
ebit Jus Naturae hora VIII secundum ordinem  
Institutionum Juris Naturae & Gentium habita  
iffentiarum Juris Naturae & positivi. Dein ad  
s ciuale priuatum ex institutis Romanorum, &  
horibus in foris nostris receptum interpretabitur  
ieccii Elementa Juris ciuilis secundum ordinem  
horis IX & XI Boehmeri Introductionem in  
. Sicuti autem omnes hasce scholas semestri  
us est, ita in primis in jure ciuali docendo non  
is tam Romanae quam germanicae historiaeque  
praefidiis, verum quoque ipsius philosophiae  
st, pro modo, quo in iurisprudentia id fieri licet*